



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

32 De tertia monachorum tribu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10949**

ἐκλείνεν τὰς χεῖρας πρὸς πικρὸν πρᾶγμα, ἢ τύπην, ἢ πιεῖν. Ἰστέ  
 ἕνεκα ἔ ἐν τῷ τὰ Φω τυλίπασι μὲ χλαινῶν, σημαίνοντες, ὅτι ἔζησαν  
 ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν, ὡς μὴ ἔχοντες χεῖρας πρὸς τὸ καθοποιῆσαι τι, ἀλλὰ  
 τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ ἔθνησκον ζῶντες.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ.

## Περὶ τῆς δευτέρας τάξεως τῶν μοναχῶν.

**Η** Δεύτερα τάξις τῶν μοναχῶν καλεῖται ἀναχωρητικὴ, ἰστέτι, τυγ-  
 χάνει τις πλάσι, καὶ εἰ δύναται ζῆν ἐν τῷ κοινοβίῳ, τότε δι-  
 δωσι τοῖς μοναχοῖς χρήματα, ἀρκούντος ἕνεκα οἴκου Ἰνός, ἔ οἱ μονα-  
 χοὶ δίδουσι ἐκείνῳ οἶκόν τινα μέγαν ἔξω τῆς μοναστηρίου ἢ ἐν μιλιάρῳ,  
 ἢ δύο, ἢ τρία, ἔ ἔτω κατοικεῖ ἐκεῖν ἐκεῖ, σὺν ἄλλοις δύο ἢ τρισί-  
 πτωχοῖς. ἔ σὺν αὐτοῖς ζῆ κατὰ ζῶσιν οἱ κοινοβιᾶται ἐν τῷ μοναστηρίῳ,  
 καὶ πάντα ὁμοίως ἐκείνοις. ὁ δὲ οἶκος ἐκεῖν συνεχεῖ ἑαυτῷ ἐκκλη-  
 σίαν, ὁμοίως ἔ ἀμπελῶνα, καὶ ἔλαια, ἔ καρίας, καὶ ἀμυγδαλαίας,  
 ἔ κερσίας, ἔ ἔτερα ἀναγκαῖα πρᾶγματα ἀρκούντως πρὸς τὸ ζῆν  
 ἐκείνας. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ δευτέρα τάξις τῆς μεγάλου Βασιλείου.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ.

## Περὶ τῆς τρίτης τάξεως τῶν μοναχῶν.

**Η** Τρίτη τάξις καλεῖται ἀσκητικὴ, ἢ καλεῖται καὶ ἐρημιτικὴ,  
 ἰστέτι ἐξησκημένοι ἐν τῇ ἀρετῇ σφόδρα. ζῶσιν ἔτοι πάντοτε σκληρῶς.  
 ἔχουσι μόνον οἰκίσκους μικροὺς, ἢ σπήλαια ἔτε ἀμπελῶνας, ἔτε ἀ-  
 ργῆς ἔχουσι. ἀλλ' ἐπιτότε ἴνες ἐξ αὐτῶν δύνανται ἔχειν κλήματα τινα  
 μεγάλα, καὶ εἰ ποιοῦσιν οἶνον, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐδίδειν μόνον βότρυας, ὁμοί-  
 ως καὶ σύκια, καὶ τσιαῦτα. καὶ ζῶσιν ἐξ ἐκείνων καὶ ἑτέρων πινῶν, ὡς μὲν  
 κυάμων, μὲν κερσίων ἐξηρημένων, καὶ μήλων, καὶ κασανίων, καὶ μὲν  
 ἄρτε

aliquod malum extendere, ut sunt verbera, aut alia aliqua vitiosa operatio. Hac de causâ etiam in sepulchris lænis eas obvolvunt, notantes eos, quod vitâ suâ vixerint, ac si manus ad malè agendum non habuissent, sed morte voluntariâ viventes etiam jam pridem mortui fuerint.

## CAPUT XXXI.

DE

## Secundo monachorum ordine.

**S**ecundum monachorum ordinem anachoretæ constituunt. Quando aliquis opibus abundat, & interim in cœnobio vivere nequit, is certam pecuniæ summam, ut domicilium aliquod commodum nancisci possit, monachis numerat; pro quâ etiam monachi domum quandam amplam, uno, duobus vel tribus etiam à monasterio milliaribus distantem, ipsi concedunt. Atque ita ille duobus vel tribus pauperibus sociis ibidem vivit, similem prorsus ad modum quo cœnobitæ in monasterio vitam suam transigunt. Domus verò hæc contiguam quoque habet ecclesiam sive templum, ut & vineam, nec non oleas, similiter nucas, amygdalas, cerasa & alia necessaria, quæ vitæ illorum sustentandæ abundè sufficiunt. Atque hic est secundus Basilii magni ordo.

## CAPUT XXXII.

DE

## Tertio monachorum ordine.

**T**ertius ordo venit nomine ascetarum, qui & eremitæ audiunt. Hi; utpote in virtutis stadio valdè egregiè exercitati, unde & ascetarum, hoc est, exercitorum appellationem nacti, supra modum duriter vivunt, parvis domunculis aut spelæis solum contenti, neque vineas, neque agros possident. Possunt quidem nonnulli illorum etiam aliquando palmites, eosque non exiguos possidere; hos tamen non ad conficiendum vinum, sed ut cibum, botros videlicet inde petant, adhibent; eandem ob causam & ficus, & similia plantant sœventque: ex his quippe, ut & aliis ejusdem generis, fabis scilicet, tostis cerasis,

I 3

pomis,

ἄρτα διψαίτω ἐν τῷ κλιβάνῳ. Συλλέγασθαι γὰρ ἐν τῷ θέρει μήλα, καὶ  
 ἄπα, ἢ σύκα, καὶ κεράπα, καὶ κόπτουσιν εἰς μέλη, καὶ ξηραίνουσιν ἐν  
 τῷ ἡλίῳ, καὶ ἐν τῷ λοιπῷ μερεῖ ἔχρον καυχλάζουσιν ἐκείνα, ἢ  
 ἐοπίσσι μὲν ἄρτα διψαίτω, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἅπαξ τὴν ἡμέραν, ἐν δὲ  
 ταῖς ἐορταῖς δις, πέντε δὲ καὶ ἴσπερ ἅπαξ. Ζῶσι δὲ ἔτι ἐκ τῶν ἰδίων κό-  
 πων, ὅτι ἡ Ἑλληνικὴ ἐκκλησία εὐσυχωρεῖ μοναχοὺς τε καὶ ἐρημί-  
 τας ζητεῖν ἐλεημοσύνας, διὰ τὸ μνημονεύειν τῆς Παύλου λέγοντος, Ὅ-  
 μὴ ἐργαζόμενοι, μὴ ἐσθιέτω. Ἐνίοτε ἕντες ἐκ τῶν πλεονέκτων Ἑλλήνων  
 πέμπουσιν εἰς τὰ μοναστήρια, ἢ εἰς τὰς ἐρημίτας ἐλεημοσύνην, καὶ λαμ-  
 βάνουσιν οἱ ἀπικηταί. Τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν ἐστὶ τοιοῦτον. Ὁ μὲν πλέκει σει-  
 ράδας ἐκ τριχῶν προβάτων, καὶ ἔριον, ὃ πηθεῖσιν οἱ μοναχοὶ ἀμφὶ  
 τὰ ἄκρα τῶν ἐνδυμάτων αὐτῶν. Ὁ δὲ σκιάδιον ἐκ ψιδίου, ὃ δὲ ξύλι-  
 να κοχλιάριον, ἢ λαβίδα ξύλινον, ὃ δὲ γράφει βιβλία. καὶ ταῦτα  
 τὰ ἐργόχειρα πάντα διδάσκει τοῖς κατοικῆσιν ἐν τοῖς μοναστηρίοις, καὶ  
 κείνοι διδάσκει πάντα τὰ ἀναγκαῖα τοῖς ἐρημίταις. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τρί-  
 τη τάξις τῶν ἐρημιτῶν μοναχῶν. Ταῦτα μὲν ἔγωγε γράφω, διὰ τὸ  
 εἶδέναι με καλῶς, καὶ ἀσφαλῶς, καὶ ὀφθαλμοειδῶς, πολυῶς γράφειν  
 καὶ λέγειν. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τρίτη τάξις τῶν μεγάλων βασιλέων τῶν μοναχῶν.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ.

## Περὶ ἀρετῆς τῶν ἀσκητῶν.

Ὅτι οἱ ἀσκηταὶ ἔχουσιν ἕνα πᾶσι δὲ παλαιῶν ἐρημιτῶν,  
 ἰατέρι, βιβλία ἕνα, ἃ διδάσκουσιν αὐτοὺς, πῶς δὲ ὑπομῆναι  
 τὰς κακίας, λέγουσι ἕτως. Ἐὰν μὴ ἔλθωμεν εἰς τὰ μέτρα Μωϋσέως,  
 καὶ Δαβὶδ, εὐδυνάμεθα σώζεσθαι. Ἰατέριον, ὡσπερ ὁ Μωϋσῆς ὄνειδι-  
 ῶμεν ἅπασαν τὴν Δαθάν καὶ Ἀβιρων λέγοντων τῷ Μωϋσῇ. Ἐὖς πνῆσθαι  
 σὺ μόνον κυριεύεις, καὶ ἡμεῖς ὑπὸ ἔσθρα ἔσθρα Ἰακώβ. ὅτι ἠθέλη-  
 σεν ἀντιλέγειν, ἔπε ὀργίζεσθαι ἐκείνοις ὁ Μωϋσῆς, ἀλλ' ἀπεκρίθη  
 ἐκείνοις λέγων. Ἐρωτήσω τὸν θεόν, καὶ ποιήτω ὡς θέλει. Καὶ ὁ Δαβὶδ,  
 βασι-

pomis, castaneis, adhibito pane bis cocto sese sustentant. Æstivo enim tempore poma, pira, ficus & cerasa colligunt, inque frustra secta Solis fervori exposita torrent; & reliquo tempore his eduliis, pane bis cocto adhibito, vescuntur, & quidem per integrum annum de die non nisi semel; exceptis diebus festis, quibus aliqui bis de die, aliqui tamen etiam tùm nonnisi semel comedunt. Et hi quidem monachi propriis laboribus hunc victum sibi acquirere habent necesse; ratio hæc est, quia ecclesia Græca, illud Pauli: Qui non laborat, non manducet; memori mente observans, non permittit, ut monachi & eremitæ stipem & eleemosynas mendicent. Interdum tamen ditiorum Græcorum nonnulli, tùm illis qui in monasteriis, tùm qui in eremis degunt, eleemosynas mittunt; quæ ascetis hic etiam cedunt. Labores verò, quibus isti aliàs occupantur, hi sunt: Hic è pilis ovium funiculos netit, ut & lanam coactam, quam monachi loco fimbriarum vestimentorum extremitatibus assuunt. Ille parat umbracula è juncis, iste cochlearia aut manubria lignea, alius scribit libros. Atque hæc omnia, postquam absoluta & perfecta sunt, eremitæ monachis, qui monasteria incolunt, exhibent; à quibus vicissim cuncta, quæ vitæ usus exigit, mercedis loco recipiunt. Et hic est tertius ordo monachorum, scilicet Eremitarum. Quæ quidem ego, quia omnium optimè & certò sum gnarus, ut qui cuncta oculis meis usurpavi, audacter scribo dicoque. Et hic est tertius ordo monachorum magni Basilii.

## CAPUT XXXIII.

DE

## Virtute ascetarum.

Ascetæ hi ab antiquis eremitis acceperunt quæque traditiones nonnullas, hoc est, libros aliquos informantes eos, quomodo malos perferre debeant; in quibus hoc legitur: Nisi Moses & Davidis perfectionem attigerimus, salvari nullo modo possumus. hoc est, Quemadmodum Moses contumeliâ & opprobrio conspurcatus à Dathan & Abiram, dicentibus: Quando tandem tu solus imperium in nos exercere desines? Nos quoque è filiorum Jacobi sumus numero: nec contradicere, nec irâ accendi, sed hac responsione eos dimittere voluit: Consulam ego super hac re Deum; faciat ille, quod ipsi visum fuerit. Et  
sicuti